

**Lateinische Lektüreübung III/M.Ed. (Faller)**  
**Sommersemester 2026**  
**Vergil, Aeneis 6, 456-476**  
**(ed. R.A.B. Mynors, 1972).**

---

*Aeneas betritt bei seinem Gang durch die Unterwelt die „Felder der Trauernden“, wo die Seelen derer wohnen, die an unglücklicher Liebe zugrunde gegangen sind. Unter anderem trifft er dort auf Dido. Aeneas spricht sie an:*

- 'Infelix Dido, verus mihi nuntius ergo  
venerat exstinctam ferroque extrema secutam?  
Funeris heu tibi causa fui? Per sidera iuro,  
per superos et si qua fides tellure sub ima est  
5 invitus, regina, tuo de litore cessi.  
Sed me iussa deum, quae nunc has ire per umbras,  
per loca sentu situ cogunt noctemque profundam,  
imperii egere suis; nec credere quivi  
hunc tantum tibi me discessu ferre dolorem.  
10 Siste gradum teque aspectu ne subtrahe nostro!  
Quem fugis? Extremum fato, quod te adloquor, hoc est.'  
Talibus Aeneas ardentem et torva tumentem  
lenibat dictis animum lacrimasque ciebat.  
Illa solo fixos oculos aversa tenebat  
15 nec magis incepto vultum sermone movetur,  
quam si dura silex aut stet Marpesia cautes.  
Tandem corripuit sese atque inimica refugit  
in nemus umbriferum, coniunx ubi pristinus illi  
respondet curis aequatque Sychaeus amorem.  
20 Nec minus Aeneas casu percussus iniquo  
prosequitur lacrimis longe et miseratur euntem.
- (te) exstinctam/secutam; extrema sequi: sich selbst töten*  
*tellure sub ima: in der Unterwelt*  
*iussa deum: die Befehle der Götter*  
*sentus situ: unwirtlich*  
*egere = egerunt (agere: antreiben); quivi=potui*  
*ferre: bringen*  
*se subtrahere: sich entziehen*  
*hoc est extremum, quod: dies ist das letzte Mal, dass..*  
*torva tueri: wütend blicken; ardentem etc. > Didonem*  
*lenire: besänftigen; ciere: hervorrufen*  
*solo fixus: zu Boden gerichtet*  
*vultum: im Gesicht*  
*silex: Kieselstein; Marpesia cautes: Marmorstein*  
*se corripere: sich aufrufen*  
*umbrifer: schattig*  
*respondere curis: die Sorgen teilen; aequare: erwidern*  
*euntem (Didonem)*